

Can. IV. Ex multis Romanorum presulum Decretis, diversisque sacrorum Canonum auctoritatibus, ne quis alium Clericum vel Monachum sine commendariis litteris retineat, vel ordinet.

Can. V. Ad comprimentam quorsundam indiscretorum insolentiam, ex communi Decreto sancitum est, ne quis in Concilio loquatur preter licentiam a Metropolitano accepitam, exceptis Episcopis & Abbatibus.

Can. VI. Ex decretis Gregorii Majoris, nec non & junioris, ut nullus de propria cognitione vel uxoris defunctorum, seu quam cognatus habuit uxorem accipiat, quadusque parentela ex alterius parte ad seipsum gradum perveniat. Ut nullus sacros ordines, seu Officium Ecclesiasticum, quod ad curam animarum pertinet, emat vel vendat. Hoc enim scelus a Petro Apostolo in Simone Mago primitus damnatum est, postea a sanctis Patribus vetitum, & excommunicatum.

Can. VII. Ne offa mortuorum animalium quasi pro visitanda animalium pesto aliqui suspendantur, nec sortes, vel Aruspicia seu divinationes, vel aliqua huiusmodi opera diaboli ab aliquo exercenter. Hec enim omnia Sacri Canones prohibuerunt; & eos qui talia exercerent, data sententia excommunicaverunt.

3. Can. VIII. Ex Concilio Eboritanico & Toletoano undecimo, ut nullus Episcopus, vel Abbas, seu libet ex Clero hominem occidendum vel membris truncandum judicet; vel judicantibus sua auctoritatis favorem connotet.

Subscriptio Concilio cum Lanfranco Dorobernensi quatuordecim Episcopi, quos inter post Episcopos Dorobernensem, Eboracensem, Londonensem, & Wintonianum, quinto loco subserbit Gaufridus Constantiensis Episcopus, qui se ibidem dicit in subscriptione unum de Anglia terra Primatibus. Solus Dorobernensis se Archiepiscopum subserbit, Eboracensem autem Episcopum. Constantiensis porro Episcopus non in Anglia, sed in Normanna Gallia constitutus est: et si enim ejus Episcopus Gaufridus, ut ipsum praeferat Concilium, transmarinus esset Episcopus, quia tamen multas in Anglia professiones habebat, cum Anglis Prelubis in Concilio sedet. Post Episcopos quatuordecim subscriptis Aufchitillus Archidiaconus Dorobernensis Ecclesia. Deinde unus ex viginti Abbatis. Duo vero defiderati sunt Anglicani Episcopi Roffensis, qui illa tunc vacabat sedes, & Lindisfarne, qui & Dunelmensis, quia canoniam excusationem habens interesse non potuit.

CONCILIO MELFITANUM

Anni 1089.

M Elfia, qua urbs est Apulia, Concilium habuit, non quidem anno, ut putat Baroni, 1090. sed ut liquet ex Joannis epistola, qui S. R. E. Diaconus & Cancellarius eidem Concilio interfuit, ad Abbatem Meliflensem, aliisque certissimis argumentis, anno 1089. Primorum Canonum statuta omittimus, quia eadem ante ex precedentibus Conciliis saepius excersimus, ne toutes eadem inutiliter repetantur.

Can. II. Nullus Abbas pretium exigere ab iis, qui ad conversionem venient, aliqua occasione praemunat.

Can. VIII. Illud sumptuose & Apostolice Autoritatis privilegio providentes interdicimus: ut nullus in Clericali Ordine constitutus, nullus Monachus, Episcopus & Abbatia, aut cuiuslibet Ecclesiastica dignitatis investitura de manu laici suscipere audeat. Quod si presumperit, depositione mulctetur.

Idem statuerat Gregorius VII. in Coneilio Romano anni 108. can. I.

2. Can. IX. Quia novum hoc tempore Clericorum Acephalorum genus emerit, qui morantur in Curis, & viris, & feminis ad sui ordinis dedecus subditum sunt, cum in Canonibus cautum sit, ne quis sine licenti Episcopi Clericus, nec Episcopus sine Metropolitanano Curiam adeat, praepicio precipimus, & prohibentes prohibemus, ne quis retineat huiusmodi: Sed proceres ab Episcopis animarum suarum Clericos postulerent si Episcopi iustitia pro tempore ac vicissim in curis converventur. Ipsius itaque omnino ierdicimus, ne Clericis Proceres sine concessione sui Episcopi abutantur.

Canones Sardenses 8. 9. 10. 11. & 12. accurate pro-

vident, ne in Comitatum Episcopus ullus accedat nisi approbata ex causa per Metropolitanum, aut Synodus, aut Summum Pontificem; & hanc regulam restaurari mandavit per commonitorium Pontifex Romanus Zosimus ad Concilium Carthaginense sextum.

3. Can. X. Praterea constitutimus, ne quis Episcopus, aut Primas Monachum quolibet vagantem in sua Diocesis, Provinciave retineat, nisi Abbatis proprii fuerit litteris regulariter commendatus.

Huius olim malo providerat Synodus Chalcedonensis can. 4. & Quin sexta in Trullo can. 42. & c. quanto, de offic. jud. ordin. & Carolus Francus Rex nonus in Comitiis Aurelianensis art. 11.

4. Can. XIII. Utique omnia scandala omnesque occasioes laicis subrahantur, servis vestibus clericos abut ulterius prohibemus. & ne pompos induantur exuvias, ad monemas. Pensandum est namque, quantum viris flagitiis adscribatur, a quibus curavit Pastor Ecclesie etiam feminas prohiberi, dicens: Non in ueste pretiosa, 1. Tim. 2. quam Dominus ipse vituperans, nobisque carentiam infirmans, ait: Qui mollibus uestiuntur, in dominis Regnum sunt.

His consentiunt Concilli Carthaginensis can. 45. Clericus professionem suam & in habitu & in inservi probet, & nec vestibus nec calceamentis decorum querat. Et Nicene Synodi secundae can. 16. & apud Gratianum c. clericis professionem, dist. 41. & c. omnis jactantia, 21. qu. 4. & est can. 16. septima Synodi cœmenicae.

Can. XIV. Presbyterorum filios (intellige illegitimos) a sacri altaris ministeriis removendos decernimus, nisi aut in canobiis, aut in canoniciis religiose probati fuerint conversari. Vide in Decretalibus tit. de filiis Presbyt.

Caa. XV. A suis Episcopis excommunicatos ab aliis recipi magnopere prohibemus.

Hoc idem statuerat Nicenum Concilium primum can. 5. & Sardicense can. 13. & c. servetur ista sententia 11. qu. 2.

5. Can. XVI. Sane quia inter cetera unum est, quod maxime sanctam perturbat Ecclesiam, false videlicet penitentia. Confratres nostros Episcopos & Presbyteros admonemus, ne falsis penitentiis laicorum animas decipi, & in infernum pertrahi patiantur, falsam autem penitentiam esse constat, cum spretis pluribus de uno solo peccato penitentia agitur, cum sic de uno agitur, ut non discedatur ab alio; unde scriptum est: Qui totam legem servaverit, offendit autem in uno, fatus est omnium reus; scilicet quantum ad vitam eternam; sicut enim si peccatis esset omnibus involutus, ita si in unotram maneat, vita eterna jamiam non intrabat. Falsa etiam fit penitentia, cum penitentis ab officio vel curiali vel negotiali non recedit, que sine peccatis agi ultra ratione non prevalent, aut si odium in corde gestet, aut si offendit cuiuslibet non satisfaciat, aut si cum non offendit, offensus non indulget, aut si armis quis contra justitiam gerat.

Eadem plane Concilium Romanum V. sub Gregorio Papa VII. anno Chr. 1078. Signatim de falsis penitentiis commonit can. 5. quem non pigebit huc adducere: Falsas penitentias dicimus, que non secundum auctoritatem sanctorum Patrum pro qualitate criminum imponuntur. Ideo quinque miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpis gravioribus irrestitu ad penitentiam venerit, qui bona ulterius iniuste detinet, vel qui odium in corde gerit, & recognoscet se veram penitentiam non posse peragere, per quam ad eternam vitam valesse pervertere, nisi arma deponat, uteriusque non ferat nisi consilio religiosorum Episcoporum pro defendenda iustitia, vel negotio derelinquit, vel officio deserat, & odium ex corde dimittat, bonaque que iniuste abstulit, restituat, ne tamen desperet. Interim quidquid boni facere poterit, hortamus ut faciat, ut omnipotens Deus cor illius illustreret ad penitentiam. In hunc pariter scopum collineant que scribit S. Gregorius Magnus Homil. 24. in Evang. Piscatorem (inquit) Petrum, Matthaeum telonarium scimus, ut post conversionem suam ad pescationem Petrus redire, Matthaeus vero ad telonei negotium non resedit: quia aliud est vicum per pescationem querere, aliud autem telonis lucris pecuniam augere. Sunt enim pleraque negotia que sine peccato exhiberi, aut via aut nullatenus possunt. Quae ergo ad peccatum implicant, ad huc necesse est ut post conversionem

animus non recessat. His adjunge feminæ aut viri cohabitatem, qua peccati frequentis occasio fuerit. Idem iste Melitanus canon iisdem reperitur verbis in secundo Lateranensi concilio sub Innocentio II. can. XXII.

Concilium Placentinum ann. 1095.

273

vatur quippe regula de triennali possessore; vel rescivit hanc simoniam nondum completo triennio; quo eventu debet quidem illud resignare beneficium, sed a proprio dispensatus Episcopo illud ab eodem per novam collationem recipiet. Vide quae dixi in nostra Canonica Praxi lib. 5. tit. 8. n. 3. Quia ergo inamovibles sunt suscepti Ordines, Placentinum Concilium eos, qui innocentier Ordines suscepint, permittit in iisdem ministrare: cui etiam plane conformis est Canon de simoniace ordinatis. Sed qui pari innocentia, aut facti ignorantia beneficium suscepint, quo utique quibus se abdicare potest, intendit idem Concilium, ut sic provisus resignare teneatur, quod his perspicue verbis declarat: Postquam eas omnino dimiserint. Sed propter bonam fidem sinceroe mox collatione legitime resumant, & deinceps teneant.

Can. VIII. Ordinationes, que a Guiberto Haresiarcha facta sunt, postquam ab Apostolice memoria Papa Gregorio & a Romana Ecclesia est damnatus, irritas esse judicamus.

4. Can. IX. Similiter etiam & eas, qua a ceteris Haresiarchis nominatim excommunicatis factæ sunt, & ab eis qui Catholicis adhuc viventium Episcoporum sedes invaserint, nisi probare valuerint, se, cum ordinarentur, eos nescire damnatos.

Exceptio ista (nisi probare valuerint) convincens probatio est, homines quantumvis excommunicatos & diris devotos, characteris potestate retinere, ut quamvis illicite, valide tamen ac efficaciter Ordine ut possint, siue ordinando, five in Missa sacrificando.

6. Can. X. Qui vero ab Episcopis quondam quidem catholicis ordinatis, sed in schismate a Romana Ecclesia separatis consecrati sunt; eos nimurum cum ad Ecclesia unitate redierint servatis propriis Ordinibus suscipi misericorditer jubemus, si vita & scientia eos commendent.

Can. XI. Amodo autem, quicunque a predictis schismaticsanteque Romane Ecclesia adversariis se ordinari permiserit, nullatenus hac venia digna habeatur.

Can. XII. Quamvis autem misericordie intuitu, magna necessitate cogente, hanc in sacris Ordinibus dispensationem concesserimus, nullum tamen prejudicium facitis Canonibus fieri volumus, sed obineant proprium robur, & cessante necessitate illud quoque cesset, quod datum est pro necessitate: ubi enim multorum fruges jacet, subratabundum est aliquid severitati, ut demus amplius caritati.

7. Can. XIII. Illud quoque precipimus, ut pro christmate, & baptismi, & sepulture nihil unquam exigatur.

Simonie crimen contrahit, quisquis pro aliquo ex his tribus pretium exigit, vel pacificatur: maxime pro Baptismo, fine quo nullus in regnum Dei patet. Pro sepultris etiam quidquam exigi vetat Concilium Nannetenense can. 6. & S. Gregorius Papa lib. 7. ep. 4. & 55. Concilium præterea Bituricense ann. 1091. can. 12. prohibet quidquam pro baptismio accipere, vel pro sepultris; iis solis exceptis, qui sponte offeruntur. Vide apud Gratianum c. questa est: c. postquam: c. in Ecclesiastico: & c. præcipuum, 13. q. 2. Itemque cap. abolenda, de sepult. & cap. audivimus, de finion.

CONCILIO CLAROMONTANUM

Anni Epochæ Christianæ 1095.

I. Philippus hujus nominis primus Francorum Rex, repudiata legitima uxore Bertha Comitis Hollandie filia, ex qua etiam filium Ludovicum cognomine Craefum suscepit, qui etiam in paternum regnum succedit, illegitimo fibi toro, nomine matrimonii, cognatum suum Bertradam Fulonis Andegavensis Comitis adhuc viventis uxorem, libidinis stimulis abtrepus conjungere est auctus. Quia vero id flagitium non simplicis fornicationis, aut stupri, aut etiam adulterii nomine censetur, sed erat apertum sacrilegium, falso sacramenti nomine prætextum, atque ita religionem ipsam aperte impugnabat, idcirco Urbanus Papa secundus natu Gallus, Legatum suum toto Gallia Regno constituit Hugonem Archiepiscopum Lugdunensem, collata omni potestate, qua tantum posset scandalum amoveri. Ille sine mora Concilium Episcoporum universi Regni, Ostionis, ut vocat Bertoldus, & post cum Baronius, collegit: (hac est Augustodunum Heduorum in Ducatu Bur.)